

virginum consecrator. Quod³¹ autem ait: *Ne³² in superbia elatus, [in] iudicium incidat diaboli*: Iudicium³³ et ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogantia sit. Incidunt in eam, qui in puncto horę necdum discipuli iam magistri sunt. *Oportet³⁴ autem eum et testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt*. Qui³⁵ irreprehensibilis est, non solum a domesticis, sed ab alienis consono ore laudatur. Alieni extra ecclesiam sunt Iudei, heretici atque gentiles. Talis ergo sit pontifex Christi, ut, qui religioni detrahunt, vite eius detrahare non audeant.

Item apostolus ad Titum: *Oportet³⁶ episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, prudentem³⁷, sobrium, iustum, / 104^v / sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit et exhortari in doctrina sana^g et eos, qui contradicunt, arguere*.

Hieronimus³⁸: Primum³⁹ itaque *sine crimine* sit, quod puto alio verbo ad Timotheum⁴⁰ *irreprehensibilem^h* nominavit; non qui eo tantum tempore, quo ordinandus est, sine ullo sit crimine et preteritas maculas nova conversatione deleverit, sed ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potestⁱ preces ecclesię *aufferre⁴¹ malum de medio* eius,

g) sua Hs. h) irreprehensibile Hs. i) als pt gekürzt Hs.

31) Quod – Z. 2 diaboli aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 698, 11–12. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 27–28).

32) 1. Tim. 3, 6.

33) Iudicium – Z. 4 foris sunt aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 698, 19–699, 3. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 32–330, 1).

34) 1. Tim. 3, 7.

35) Qui – Z. 7 audeant aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 699, 3–7. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 330, 1–3).

36) Tit. 1, 7–9 (außer prudentem).

37) prudentem aus 1. Tim. 3, 2.

38) Mittig in einer ansonsten leer belassenen Zeile positioniert.

39) Primum – S. 59 Z. 2 corripit aus Hieronymus, in Titum 1, 6–7, ed. Federica BUCCHI, S. Hieronymi presbyteri Opera I, 8: Commentarii in epistulas Pauli apostoli ad Titum et ad Philemonem, CC 77 C S. 16, 295–303. – Der Textauszug im gleichen Umfang ebenfalls enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 326, 37–327, 6). Dort auch das Z. 15 qui (statt quo oder quod bei Hieronymus). – Danach, vor Weiterführung des Zitats mit Primum, wie in der Kanonikerregel der gleiche Zwischenabschnitt des Quellentextes CC 77 C S. 16, 303–18, 363 ausgelassen.

40) 1. Tim. 3, 2.

41) Vgl. Deut. 13, 5 u. ö.